Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae evangeliae libri quattuor - Cod. Aug. perg. 217

Iuvencus, Gaius Vettius Aquilinus

[S.l.], [9./10. Jahrh.]

Iuvencus (?)

urn:nbn:de:bsz:31-67026

Visual Library

Indulgens hominum genitor bona munia digne

iustis

Quam prestare magis gaudet poscentibus aequis.

ab

Quae cupitis hominum benefacta uenire.

Haec eadem uestro cunctis prestate fauore

integritas

Haec legis summa est. hoc ius dixere prophetae.

Ite per angustam iusti supra sidera portam. l. uii fecheri

Quam lata et spatiosa uia est quae limite laeuo.

·s· seu

Praeruptum conuoluit iter caligine mortis.

Innumeraeque illam penetrant per prona cateruae

Uitalis uastis stipatur semita saxis.

Celsaque uix paucos ducit per scrupea uirtus.

·s· quos   spa nara

Et si quos nimium fallax inlexque malorum.

Blanditer suasit deformi lubrica lapsus

Arripit hos pronosque trahit uelut impetus amnis.

Aut alacer sonipes ruptis effrenus habenis.

carens

Aut rectoris egens uentosa per aequora puppis.

Obseruate illos falso qui nomine uobis. l. uiii

Insidias faciunt. appellanturque prophetae

Hos ouium species uestit. sed saeua luporum.

Ecce torta fraude tegunt. lacerantque incauta trahentes

Fructibus e propriis noscuntur talia monstra.

Quemque petat finem fallax doctrina uidendum est.

Nam neque de tribulis ficus. nec sentibus uuas.

Prouenisse umquam rursus per terga notatis.

Utque arbor proprio uestitur germine pomi

Sic dolus illorum fructu monstrante patescit.

Non ego pacl partum uerbis et honore mouebor;

tl. deriu

agmina cedentum · sequus quos decipit error.

Haec me quod dominum praeblanda adlectio dicet.
Praemia caelestis capiet spontanea sedes
Illi sed merito gaudebunt munere regni
Qui faciant nostri genitoris iussa uolentes
Adueniet mox summa dies quae iure seuero.
Praemia iustitiae tribuet scelerique gehennam.
Tum mihi multorum clamabit talia fletus
Nonne tuo quondam magno sub nomine nobis.
Uirtutes sanctis domuerunt omnia iussis.
Saepe etiam nostra est uox adnumerata prophetis.
Seruiuitque tuo nobis sub nomine daemon.
Tunc iurabo illis. quod talis cognita numquam.
Uita mihi est hominum gestis quae sordet iniquis.
Quisque meis monitis auresque et facta dicabit.
Hunc aequabo uiro solidis fundamina saxis.
Ponentem in librata super cui moenia surgent.
Illa domus pluuiis uentisque inlaesa manebit.
Torrentumque minas firmato robore uincet
Haerent inmotae quoniam fundamina petrae
Qui uero auditu tantum mea iussa tenebit.
Diuersisque procul factis per lubrica perget
Hunc similem faciam uolucri qui fulcit harena.
[F]undamenta domus primo cui flamina uenti.
Et pluuiae effusis coepere incumbere riuis.
Omnis subuerso procumbit pondere moles.
Insequitur quae grauitectorum strage ruina
Talia dicentem magna admiratio plebis.

Inmensum stupuit quoniam transcendere talem
Doctrinam ueterum. xpo concessa potestas
Denique linquentem celsi fastigia montis
Stipabat gaudens populorum turba sequentum.
Ecce sed horrenda confixus uir cute tabe.
Quem totum obsessum foedaret corpore lepra.
Procubuit ueneransque uirum xpmque precatur.
Ut careat tandem languoris pondere tanti.
Sufficit ut uolui se tantum tum dextera xpi
Tactu solo purgauit lurida membra.
Incolumemque dehinc celare haec gaudia iussit.
Et legi parens offerre munera templo.
Inde recedenti supplex se protinus offert.
Centurio. et precibus proiectus talibus orat.
Inpubes pueri cruciatur sps aeger.
Cuius cuncta repens membrorum munia languor.
Dissoluit uitamque tenet iam paene superstes.
Sed iussu miserere precor nam tecta subire
Criminosa nostra uetant uitae lucisque parentem
Hunc uerba satis est iubeas remeare salutem.
Subiectos mihi saepe uiros sic nostra potestas
Efficiens uerbo iussis parere coegit.
Dixerat. Ille uiri motus precibusque fideque.
Talia conuersus populo dat dicta sequenti
Haut ullum quaem talem memini me gentis auitae
Inuenisse fidem reduces dicite dictis.
Quod multos homines diuersis partibus orbis.

Interlinear and marginal glosses:
- nom p aduerbio (above line 1)
- aduerbialiter (end of line 1)
- s (above "horrenda", line 5)
- aut (above "foedaret", line 6)
- obediens (above "legi", line 12)
- s (above "uerba", line 20)
- sit (above "iubeas", line 20)
- s. centurio . s. xps (above "Dixerat. Ille", line 23)
- s. antiq (above "auitae", line 25)

K. l x iiii (right margin, beside line 3)
K l x u (right margin, beside line 13)

Progenitor caeli regnum sublime uocabit.
Cum patribus nr̄is ut caeli accumbere mensę:
Progenies quorum caeca demersa tenebris;
Dentibus horrendum stridens fletuq: frequentans.
Perpetuis poenam cruciatibus acta subibit. (ł al)
At tibi iam iuuenis mentis uirtute fidelis.
Ut credes ueniet fructus cum laeta salutis.
Dixerat et dicto citius cum uoce loquentis. (s. xpi)
Adpuerum celeris transcurrunt munera uerbi.
Ingressusq: domum miles properante recursu
Ingeuenisse dei lętatur donæ medentis.
Sedes inde petri scandit penetrabat ihs.
Cuius anhela socrus aestu febriq: iacebat
Utq: illi dexteram tetigit seruator ihs
Sana ministerium praebebat feminea mensis. (his)

EXPLIC·LIB·IUUENCI PRBI EUANGELIC·LIBER·I

INCIP·LIBER·II·

Iamq: dies prono decidens lumine pontum.
Inciderat. for uiamq: super nox cerula pallam (s. in)
Sydereis pictam flammis per inane trahebat
Tum multos homines mentis langore ruentes (corruentes)
Feuinctosq: animam scelerata demonis arte.
Certantes populi ceca iam nocte ferebant.
Sed uerbum xpi tacito langore remoto
Omnibus indulgens prebebat munera patris;

que cupis gratim plo optineas poscens sapienter